Fragmentarium

tantis animis id tamen tibi metuens ab ea te paleſtra deterreo:
prodigium eſt fortune ludicrum & eius uiros indomite. S;
ut aliquid ad eos me referam quos deſidia quedam afficit fedis
ſimi paupertate: Huic hominum generi claudenda eſt
omnis noſtra benignitas humanitatis miſericordia. Nam
cum in medium deus & natura profuſſas opes effuderit ad
hec potiunda inuitamur omnes. fruidatur hac lege ſi co
mes uirtus acceſſerit. Ex cetu noſtro igitur ut repudia
ſunt hi homines ablegandi ut qui mente paſſ preſtent
minus bonis artibus & uſu rerum. Non poſſum
non admirari Areophile: quod in uirtute ſolum rerum copias
circumſcripſeris. Qui ſepenumero Juuenalis illud memo
rare ſolitus ſis. Aude aliquid breuibus giaris & carcere di
gnum. Si uis eſſe aliquid probitas laudatur & alget.
Criminibus debent ortos pretoria menſas Argentum uetus
& ſtantem extra pocula caprum. Hoc cum tu ſepe meas
refricos aures. Quid eſt quod te a ſentencia eiecit.
Serio an ioco rogaris hoc non eſt dubium Tiburtine qui
huc noris inuectum in eas felicitates quas uis fortune
non uirtus in ſinu gerit quod noſter idem Juuenalis
affirmat: & cur non omnia... cum ſint quales ex humili
ſumma ad faſtigia rerum Extollit quotiens uoluit fortuna
iocari. Sed ut inſtitutum materia maturet feror ad eos
tandem qui recto quodam ſtudio uite tenuitatem ad
mirantur & tollunt & ex induſtria in rebus uerſantur an 3

License: public_domain – Göttingen, Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen, Cod. Ms. Morbio 1 b, 3r – Philippus Ariminensis, Symposium de paupertate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8l46/11343/82218)